Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8340
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Per omnia secula seculorum. Amen. Dominus vobiscum. Et cum spiritu tuo. Sursum corda. Habemus ad dominum. Gratias agamus domino deo nostro. Dignum et iustum est. Equum et salutare. Nos tibi semper et ubique gratias agere domine sancte pater omnipotens eterne deus. Qui cum unigenito filio tuo et spiritu sancto unus es deus. unus es dominus. non in unius singularitate persone. sed in unius trinitate substancie. Quod enim de tua gloria revelante te credimus. hoc de filio tuo. hoc de spiritu sancto. sine differencia discretionis sentimus. ut in confessione vere sempiterneque deitatis. et in personis proprietas. et in essencia unitas. et in maiestate adoretur equalitas. Quam laudant angeli. Adorant dominationes. Tremunt potestates. Celi celorumque virtutes ac beata seraphin socia exultatione concelebrant. Cum quibus et nostras voces ut admitti iubeas deprecamur. supplici confessione dicentes. Sanctus. Pfano de sca trinit. Plenus off

Per omnia secula seculorum. Amen. Dominus vobiscum. Et cum spiritu tuo. Sursum corda. Hymnus ad dominum.